



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

In Epistol. XLIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](#)

## IN EPISTOL. XLVII.

Ter tuum confessione) Horeatur militem, ut ante prælium  
Sacramentali confessione peccata expiat, laudato priscis militibus  
nre: qui & apud Normannos; de quibus *V Villielm. Malmesburi-*  
*us lib. 3. de gestis Regum Angl.* Tota nocte confessioni pec-  
tatorum vacantes, mane Dominico corpore communica-  
runt, pedites cum arcubus & sagittis. &c.  
Damæta Saxoniam) *Vide, que notavi ad epist. 41. quæ*  
*item est inscripta.*

Martinus in vico) *m. s. vitiosè: in vicis apud S. Iodi-*  
*com. Contulerat Carolus M. Alcuino prater Abbatiam S. Martii-*  
*cellam S. Iudoci, ut appareret ex epistola 11. Lupi Ferrar, ad Lotha-*  
*rum Regem.*

Filia mea) *Quænā hæc, pro cuius valetudine tot preces, tot ele-  
masina, tanta sollicitudo? Ausim affirmare esse Liutgardem Caroli*  
*Monachem, quam Alcuinus ep. 62. filiam suam vocat.*

## IN EPISTOL. XLVIII.

P Vero Mauro) *In Bibliotheca Imperat. Viennæ extat Alcuini fol. 98.*  
*intercessio pro Mauro, manuscripta; tractans de mysticis qui-  
busdam figuris.*

In poculo) *Alludit nifallor, ad illum morē de quo supra ep. 22.*

## IN EPISTOL. XLIX.

A Gino Episcopo) *Scio Aginum (cuius mentio in fragmento fol. 99:*  
*bis. Aquitan. ed. Pithæi) seu Agennum esse caput Natio bri-  
zum, de quo Ptolomeus lib. 2. cap. 7. Hinc suspicor, banc epistolam  
scriptam esse ad Aginnensem Episcopum; & legendum esse: Agini  
Episcopo. Nisi quis malit esse nomen proprium: quod, quale, mihi  
non constat. Quid si hic Constantiensis Episcopus Egino, qui teste no-  
stro Hermanno, adiit Episcopatum anno 781. Blanditur quidem sed  
st, quod est, conjectura.*

IN